



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 82. Ferdinandus Augustam veniens, suisque literis Principum accessum sollicitans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](#)

**Sæcul. XVI.****§. LXXXII.**

**A.C. 1555.** *Ferdinandus Augustam veniens, suisque literis Principum accessum sollicitans.*

**Sleid. comm.***I 25. p. 955.  
& 956.*

Ferdinandus Augustam petere haud cunctatus, cum Principum nullos adventasse cerneret, altero post adventum die datis literis omnibus Principibus injunxit, ut nulla mora Augustam contenderent, eo quod maximi momenti res agitandæ occurrerent. Insuper etiam illis hæc exposuit: „non sine magno re-  
rum mearum dispendio, ac incommo-  
do relictis etiam meis finibus huc ve-  
ni, eo confilio, ut vobiscum juncta ope-  
ra de re communi consulam, & ratio-  
nes ineam afflictæ Germaniæ saluta-  
res juxta, ac necessarias; hinc spe fre-  
tus vivo, quod vos ipsum veniatis, ne-  
que per Legatos vestros rem agi veli-  
tis. Porro Cæsar is ea est voluntas, ut  
unitis viribus in id incumbamus, qua-  
tenus in Religionis negotio medium  
viam excogitare possemus, ita, ut com-  
moti Lutheranorum animi non nihil  
sedarentur, nec tamen propterea Ca-  
tholici nimium affligerentur (\*) hunc

„in

(\*) Hæc verba incipiendo a *Porro*: Continuator de suo addidit, ut Cæsarem induceret, perinde acsi circa Religionis capita cum Lu-  
theri Sectatoribus pacisci, ac transfigere vo-  
luisse.

„in finem mihi a Fratre meo Cæsare Sæcul. XVI.  
 „plena agendi facta est potestas, nec A.C. 1555.  
 „diutius, quam oportet, vos remora-  
 „bor. Acceptis hisce Ferdinandi man-  
 datis nonnulli Principes Augustam per-  
 rexerunt, unde die quinta Februarii  
 comitiis datum est initium, in quibus  
 Ferdinandus congregatos his verbis  
 alloquebatur: *Scitis vos, quam gravibus,*  
*ac necessariis de caussis hunc Conventum Cæ-*  
*sar, primum ad Ulmam, post autem ad*  
*hanc urbem, ut sub idus Novembris inchoa-*  
*retur, indixerit: ipsemet quidem rogatu,*  
*monituque meo, ad hæc comitia venire, rem-*  
*que ausplicari optabat, sed constituendis domi*  
*rebus, ut per suam absentiam recte omnia*  
*fierent, & hosti vicino possit occurri, si*  
*quid moliretur, impeditus fuit, atque tar-*  
*datus: verumtamen ego ad vigesimum no-*  
*nun Decembris diem huc tandem veni, ut*  
*in commune consulerem, nam id ipsum Cæ-*  
*sar in primis petit, nimirum, ut quidquid*  
*ad gloriam Dei pertinet, ac Imperii tran-*  
*quillitatem, id de communi vestrum omnium*  
*consilio statuatur.*

### §. LXXXIII.

#### *Oratio Ferdinandi in comitiis.*

*Noti etiam vobis sunt, prosequebatur Fer-*  
*dinandus, perniciosi motus tam inte-*  
*stini, quam externi, qui præter omnem ex-*

I 5 pecta-